

Mencibus de presump. lib. 1. quæst. 37. num. 4. Sed textus e. licet, quem pro se allegant. continet longe diversum casum, ut optime advertunt Pappus. l. fin. nu. 29. C. de pascis. Menoch. conf. 1. num. 164. in fin. §. 165. vol. 1. quia in ea. l. licet, & l. pascis, quod dotali. C. de pascis, convenitur cum domino hereditatis de eius successione, ac proinde, cum ipse consentiat, non datur votum captandæ mortis, ut optime etiam advertit de hereditate tertii absentis, §. 45. at l. final. convenitur de hereditate tertii absentis, nec contententis, & ideo datur votum captandæ mortis. Secundo, quia nec etiam inter milites valet pactum de hereditate tertii absentis prohibendum ea. l. final. ut tradunt Jaf. sou. l. final. num. 5. & ibi Pappus. num. 29. Bolog. n. 32. Alciat. nu. 10. Menoch. de success. creat. lib. 2. §. 18. nu. 219. & num. 225. Berengarius Fernandez in c. unie. de filiis natis ex matrimonio ad legitimam creat. in præluo c. 1. numer. 5. quia in his militat eadem ratio captandæ mortis, & cum agitur de præjudicio tertii, miles nullo gaudet privilegio, l. cum filius ad finem, ff. de testament. milit. & omnes hinc dicunt non esse hoc contra eorum contentum in l. licet, G. de pascis, quia ibi approbatur pactum, quo milites de sua pro parte hereditatis successione conveniunt, non autem quando de hereditate tertii vivit. Ergo ex valore hujus pacti inter milites non potest duci argumentum, ut valeat favore pie cause. Quod si dicas dispositionem d. l. final. non posse habere locum in dispositione ad piam causam, utpote qui jus civile præjudicare non potest: non, inquam obstat, quia leges expeditionem futuræ successions condemnantes ob votum captandæ mortis vitandum, approbatae sunt c. 2. de concessione præbende, & licet textus loquatur de legibus Gentilium prohibentibus hac expeditionem; at Glossa verb. condemnare, ponit exemplum in ea l. final. quævis ea sit Imperatoris Christiani, & Abbas ibi num. 9. ait, non confilire vim in eo, quod leges sint Gentilium, vel Imperatoris Christiani, quod clarè denotat textus argumentatur enim a minori ad majus, dicens, si leges Gentilium hac futuræ successions expeditionem ex pacto iniuriosam habent, & irritam, nedum Ecclesie Dei. Atque ideo non valere favore pie cause pactum hoc de hereditate tertie personæ vivit, tradunt Pappus. ea l. fin. nu. 30. Jaf. nu. 5. Alciat. nu. 21. Menoch. de §. 18. num. 229. Berengarius. Ferdinand. de c. 1. n. 3. & A. Claudius Aquensis ea l. fin. nu. 10. Seraphin. de privi. juramenti, privileg. 20. nu. 30. an verò pia causa fruatur privilegio ejus l. licet, concessio militibus, dicitur nu. 50. & loquentibus.

41 Septimo limitatur, nisi pactum hereditatis vivit non veniat principaliter, nec de illa principalis tractatus sit, sed veniat sub quadam universitate bonorum, & tamquam annexa alteri hereditati, cui licet renunciatur, ut si quis hæres institutus, impuberique substitutus, vendat utriusque hereditatem: hæc enim venditionem valere præbet textus l. 2. §. 1. verò, illud potest, in fin. ff. de hereditate vel actione vendita, ubi expresse deciditur, valere eam venditionem, maxime si jam esse delata impuberis hereditas tempore illius venditionis, Ergo idem intelligitur tempore vite pupilli, quando nondum est delata hereditas, cum dicto (maxime) in alio tempore verificari nequeat: quippe statim mortuo testatore delertur hereditas. Atque ita docet Glossa ea l. 2. verb. maxime, in 2. solutione. Bartolus l. final. nu. 1. ad finem, C. de pascis, & ibi Baldus nu. 22. Jaf. nu. 15. Decius nu. 21. Paulus nu. 10. Jacobinus de Sancto Georgio nu. 40. Bologninus nu. 43. & nu. 90. idem Bartolus l. stipulatio hoc modo, ad finem, ff. de verborum obligat. Antonius Gomez l. 22. Tauri nu. 16. in fine Menochius de success. creat. lib. 2. §. 18. num. 256. Gutier. de juramento, p. 1. c. 43. n. 23. Montersius l. pactum, quod dotali, n. 14. C. de pascis. Riminaldus junior conf. 530. n. 37. vol. 5. Hermannus Meyre tract. de success. testamentariis l. 1. n. 17. in fine. Et rationem reddit Bologninus eo n. 90. quia quando hereditas venit sub universo, vel ratione connexitatis, non venditur pacificenter cogitare de morte alterius, seu habere votum captandæ mortis, nec hereditatis aliena personæ vivit studium esse, neque si animus præsumitur, cum propter aliam rem, & ad alium finem facta fuerit conventio. Quamvis autem hic casus valde probabilis sit, at à multis impugnetur dicentibus hujusmodi pactum esse invalidum, & nec in ea l. 2. agi de substitutione pupilli vivit, nec ditionem esse delatam hereditatem pacificenti, quod etiam pupillo mortuo potest in variis eventibus contingere, l. i. qui hæres, ff. de acquirenda hereditate, leg. delata, §. ff. de verborum significat. & ita sentit Glossa ea l. 2. verb. maxime, in 1. solutione. & l. final. verb. pacifici, C. de pascis, & l. quidam in iure 30. §. fin. verb. consensit, ff. de donationibus, dum ait, abundare ditionem (maxime) in ea l. 2. & tenent Alciatus ea l. fin. nu. 48. & ibi Frangifus num. 8. Curtius junior num. 27. & 64. Curtius senior nu. 25. Cornens num. 2.

42 Quamvis autem diceretur non valere hujusmodi pactum quo ad hereditatem pupilli vivit, non subinde dicitur esse, esse, quoque irritum quo ad alia bona in pacto illo conventa, quæ poterant in pactum deduci: sed quo ad illa valebit vitata alia parte. Nec obstat donationem omnium bonorum præsentium, & futurorum irritam juxta jus commune, vel omnium bonorum præsentium irritam jure hujus regni, irritari in totum juxta verèmore opinionem, tum quia non est actum, quin multo teneant contra-

rium, cum etiam, quia quamvis id certum esset, est differens ratio, quia in hac donatione nullus est iure aliquo terminis præscriptus, usque ad quem valet, & ultra eundem non valet, Quare si esset invalida quo ad totam summam, & non quo ad reliqua in ea inclusa, confusionem maximam parere: at in nostro casu est præscriptus terminus, usque ad quem valet post pactum hoc, nempe, quo ad totam summam, excepta hac successione futura personæ vivit, & ideo donationem ultra quingentos solidos absque infirmatione factam fatentur Doctores valere usque ad eos quingentos solidos, non autem quo ad excessum: & ita ferè in nostris terminis tradit Cagnolus in fin. antiqua editione, n. 53. in nova, n. 34. C. de pascis allegato Signorolo conf. 116. ubi ait, iustum pactum super hereditate fratris vivit, & super alia incertæ personæ valere, quo ad posteriorem partem, vitata priori. Idem docent Alexander conf. 83. n. 17. lib. 2. & Pappus ead. l. fin. n. 202. verò, 2. declarati, ubi tradunt dispositionem continentem pactum de futura successione tertie personæ vivit, & donationem alias validam vitari quo ad solam priorem partem: & idem Cagnolus ead. l. fin. antiqua editione, nu. 101. in nova, nu. 65. & ibi Bologninus num. 59. alios multos allegans ubi dicunt filiam renunciantem in manibus patris successione paternæ, maternæ, & avitæ, renunciare quidem valde quo ad paternam, in qua est consensus patris, modo intervenit juramentum, juxta eam quævis pactum, de pascis, in 6. non autem quoad alias hereditates, in quibus adest consensus matris, & avorum, de quorum hereditate agitur.

43 Ultimo limitatur, nisi alienatio hereditatis personæ vivit veniat ex quadam necessitate in consequentiam contractus liciti præambuli, tunc enim valet, & probatur ex l. si quis servum 24. ff. de actione empti, ubi dicitur, manumissionem servum, quem cum peculo vendiderat, teneri cave re restitutum iri quidquid ex liberti hereditatem ad eum proveniret. Ubi Glossa verb. restitutum ait, ideo id pactum de futura successione valere, quia non spontè, sed necessitate imponitur, ob præcedentem contractum validum, ex quo manumissionem restituitur servum tradere, ac non fecit promissis, sed cum manumissit. Atque ita tradunt Joannes Andreas ad Speculatorem, tit. de pascis, §. 1. verb. fore. Dominicus c. quamvis pactum, num. 10. de pascis, in 6. Bartolus l. stipulatio hoc modo concepta, ad finem, ff. de verborum obligatione, & l. final. in 1. lectura, num. 17. & 22. C. de pascis, & ibi Baldus num. 10. Jaf. num. 8. limitatur 6. Paulus num. 10. Cornens num. 2. Alciatus num. 49. Bologninus num. 44. Montersius c. 2. n. 10. de concess. præbende. Boerius conf. 50. num. 8. Guido conf. 11. nu. 2. Parisius conf. 26. num. 82. vol. 2. Trinquellus post leges consubiales, glossa 8. §. 3. num. 19. Montersius l. pactum, quod dotali, num. 14. C. de pascis. Riminaldus junior conf. 530. num. 34. vol. 5. cuius rationem tradunt Alciatus, & Bologninus ibi, quia cessat presumpcio animi procurandæ mortis alterius, nec de ea sollicitus esse præsumitur, qui ex necessitate prioris contractus invidus, quamvis ex culpa sua, cogitur.

SUMMARIUM.

Hereditas non potest dari ex pacto, sed solo testamento, nisi inter milites, nu. 44.
 Pactum mutue successions quomodo valet inter milites, & in quo eorum privilegium consistat quoad hoc nu. 45.
 An textus c. licet, de pascis, prohibens pactum mutue successions, intelligatur comprehendere donationem causa mortis, nu. 46.
 An possit hereditas dari donatione causa mortis, vel codicillo? referatur quadam sententia, nu. 47.
 Explicatur sententia auctoritatis: & an pars hereditatis possit dari extra testamentum, nu. 48.
 An donatio causa mortis, qua datur hereditas, sit omnino irrita, vel valeat tamquam fideicommissum? nu. 49.
 An favore pie cause possit hereditas dari? & privilegium militum in hoc gaudeat? referatur quadam sententia, nu. 50.
 Explicatur sententia auctoritatis: & an lex civilis possit aliquid disponere in iis, quo ad piam causam spectant? & eodem favore, quo gaudet Ecclesia, gaudeant quoque relicta ad piam causam, nu. 51.
 Solvuntur argumenta, num. 52.

44 Quæstio tertia versatur circa intellectum l. hereditas, extraneis testamento dari, ubi Baldus statim in principio in pacto, & cum eo univèrsi Doctores non posse dari potest, Idem apertis probatur ex l. licet, C. de pascis, & l. regis 23. tit. 11. part. 5. ubi dicitur, inter privatos non valere pactum mutue successions, sed inter milites. Ratio autem decisiva est, ut optime tradit Alciatus l. pactum, quod dotali, num. 12. C. de pascis, quia posse quempiam de patrimonio in tempus mortis disponere, est specialis legis indulgentia concessum, cum in id tempus dispositio referatur, in quo non est futurus dominus: at lex hac dispositionem indulget, dummodo certa forma fuerit, nempe, testamento solemnibus.

45 Hoc autem privilegium militum concessum illis eo casu, licet, ut valeat inter eos pactum mutue successions, & sic

& sic hereditas datur pacto, in eo situm est, ut cum id pactum, utpote inter vivos celebratum, solaque executione in mortis tempus dilata, transeat à natura pacti irrevocabilis in ultimam voluntatis ad nutum eorum revocabilis naturam, & sic valeat, & subsistat tamquam ultima voluntas, quod non contingit in eiusmodi pacto inter alios celebrato, sed manet intra pacti limites, & minime valet. Et ita expresse tradunt Bartolus ea l. licet, in 2. lect. nova, unie. ad medium, & in 1. lectura, statim in principio, in summa illius legis, & ibi Bald. n. 4. Pappus. n. 2. & 41. Bolog. nu. 32. Suarez l. quævis in prioribus, limitat. 5. ad l. regis, n. 10. Berengarius Fernandez in cap. unie. de filiis natis ex matrimonio ad legitimam creat. in præluo c. 2. n. 7. Idem non obscurè significat textus eo c. licet, ibi; cuiusque voluntas militum vim supremi iudicii obtinet.

46 Hinc deducitur, minus bene Alexandrum conf. 28. per totum, & maxime nu. 5. vol. 3. asserere, ex ea l. licet, probari non posse donationem causa mortis dari hereditatem, & esse speciale in milite, ut sic data valet. Sed is textus id non probat, quia dum inter privatos pactum non verè decidit, loquitur de pacto irrevocabili, & non de donatione causa mortis, quæ revocabilis est, ut constat ex illis verbis textus, nec donationis quidem causa gressu efficaciter spem ostendat, ubi clarè decidit textus, non esse verè pactum ibi reprobatur donationem causa mortis, nec efficaciter eius spem ostendit; & ideo Pappus ubi nu. 33. ait, verba loquum habere donationis causa mortis, refragari autem mentem, cum privati illi pactum inierint irrevocabile, & Glossa ibi, verb. mortis, ait, id pactum esse simile huic donationi, at verè non esse donationem causa mortis, quam univèrsi Doctores ibi sequuntur, & solum in tradenda ratione, cur non fuerit donatio causa mortis, defatigatur; & expressus ibi Baldus n. 1. Salazar n. 1. notat, 2. dicitur tale pactum, licet collatum post mortem, non esse donationem causa mortis, & clarè hoc probatur ex l. regis 33. tit. 11. part. 5. quæ concordat cum d. l. licet, utitur enim hoc verbo (pleto, & permisso) & ibi Gregor. Lopez verb. tota, ait, id privatorum mutue successions pactum ex vi ipsius esse statim irrevocabile, & solum executionem differri ad mortis tempus. Et sic ea lex hæc rationem tradit, cur non valet inter privatos id pactum, quia datur ante captandæ mortis, & ibi Gregor. Lopez verb. occasio, eam simul rationem assignat, quod tollatur liberta testandi facultas: & hæc quoque posteriorum rationem tradunt Bartol. ea l. licet, 1. lect. nu. 1. & ultra non tradit Suarez l. quævis in prioribus, limitat. 5. ad l. regis, n. 11. & Anton. Gomez lib. 2. Tauri, n. 17. Quarum neutra verè est, si textus in l. licet, nomine pacti successions ibi reprobatur intelligeret donationem causa mortis: quippe cum illa sit ad nutum revocabilis, non aufert liberam testandi facultatem: eam enim revocans poterit testari: neque etiam præbet ansam captandæ mortis, cum mutuo consensu fiat, & de propria hereditate pactum sit, & non de aliena, cui pacificenter succedere licet, & si postea invenerint periculum imminere, poterunt revocare. Hæc enim ratione dixi n. 14. renunciationem hereditatis personæ contententis non inducere votum captandæ mortis. Præterea, quia textus notat illius pacti intelligeret donationem causa mortis, & decidere quæ possit donari hereditatem inter milites, non autem inter privatos, & revocabilibus in ultimam voluntatem, cuius contrarium esse multis dixi num. præcæ.

47 Unde aliquid censent, donationem causa mortis, qua donatur hereditas, valere, quia donatio causa mortis omnium bonorum præsentium, & futurorum valida est, nec prohibito similis donationis, quam frequentissima sententia colligit ex l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verbo obligatione, & ex expressa, etiam si modum sit de omnibus bonis præsentibus, in lib. 69. Tauri, hodie lib. 8. tit. 10. lib. 5. recipit, extenditur ad donationem causa mortis, ut bene tradunt Julius Clarus lib. 4. receptor. §. donatio 9. 19. 7. Molina alios allegans lib. 2. de primogeniis c. 10. n. 14. Gutier. de juramen. conf. 2. p. c. 11. in fin. Molina Societatis IESU tomo 2. de iustitia disp. 280. col. 5. & disp. 283. col. 7. verò, non verò ad hæc. Hæc enim, utpote quæ revocabilis est, non aufert liberam testandi facultatem, quæ sit ratio prohibitionis donandi inter vivos omnia bona: at idem videtur donare omnia bona præsentia, & futura, ac donare hereditatem; hereditas enim nihil aliud est, quam successio in universum jus, quod defunctus habet tempore mortis, l. nihil aliud ff. de verbis significat. & ita expresse tradit Decius ea l. licet, n. 10. ubi rejecta concordia Jafonis quam n. seq. referemus, ait, valere donationem causa mortis omnium bonorum, & hereditatis futuræ, & allegat pro se Baldum c. 2. nu. 1. verò, cum ergo, de feudo dato in vicem legis commissoria, ubi eadem verba dicit. Idem tenet Andr. Fauchin lib. 6. controu. q. 91. dicens expresse valere donationem causa mortis hereditatis, & quamvis paulo post principium videtur amplius concordiam Jafonis, pacto post, verò, ex quo inferitur, rejecta ea concordia dicit valere hujusmodi donationem totius hereditatis, & ad l. hereditas, C. de pascis contententis, quatenus decidit hereditatem non posse dari pacto, dicit intelligi de pacto irrevocabili, fecus de donatione causa mortis, quæ revocabilis est.

48 Sed existimo hereditatem non posse donari donatione causa mortis, ut tradunt Bart. l. licet, in 1. lect. n. 1. in 2. statim, in princ. C. de pascis, & ibi Paulus u. 4. Alex. n. 2. Summa Th. Sanchez. Part. III.

Angelus ad fin. Cornens nu. 2. Alciatus nu. 12. Atque idem tradunt ibi Jafon. n. 15. & Curtius senior, in repetitione ejusdem legis, n. 11. limitantes hi duo, quando hereditas donatur ut jus universale, fecus si restringatur ad præsentem, quia tunc intelligitur hereditas, id est, bona. Sed nec modica difficultas est de hac posteriori parte, an non tantum tota hereditas, sed etiam hereditas pars possit donari extra testamentum? De qua re consulendi sunt Menochius conf. 1. n. 150. vol. 1. & conf. 923. n. 13. controu. juris c. 82. tit. de pactis tota tenet. 1. Fauchin. lib. 5. controu. juris c. 82. & tribus sequentibus. Cevali. in suis quæst. præf. q. 840. Dicit autem, quod l. hereditas, expresse decidatur, hereditatem in testamento dandam, cuius rationem reddidimus n. 44. quod velint jura non aliter de hereditate disponi, quam solentis testamenti forma servata, quod in donatione causa mortis procedit, cum ea non sit testamentum, nec valet exceptio illius textus, quod sola pacta irrevocabilia excludat; quia ea l. hereditas, decidit, hereditatem ex testamento extraneis dandam: ubi Glossa verb. extraneis, ait extraneos appellari, qui ab intestato non succedunt. Quare a contrario sensu vult textus ille hereditatem non servata testamenti solemnitate posse dari descendentes, atque ita fatentur univèrsi, at hereditas nulli potest dari per pactum irrevocabile, quippe auferretur liberta testandi potestas. Rursum, quia hereditas codicillis dari nequit, lib. 2. C. de codicillis, & 8. penult. Insuper, eod. tit. cum tamen codicillis revocabilis sit. Neque obstat ratio contraria, quia, ut optime ait Angelus. Neque obstat ratio contraria, quia, ut optime ait Angelus. Neque obstat ratio contraria, quia, ut optime ait Angelus. Neque obstat ratio contraria, quia, ut optime ait Angelus.

49 Quamvis autem hereditas nequeat dari donatione causa mortis, non dicendum est eam donationem omnino irritam, sed non valere in vim hereditatis relictae, utpote, quæ solo testamento dari potest; neque alius modo instituti hereditas adell: at valebit in vim fideicommissi, iuxta l. Scævola, & l. ex facto, in princ. ff. ad Trebellianum; sicut etiam bonorum universitas dari codicillo potest in vim fideicommissi, ut quando institutus heres jubetur in codicillo hereditatem alicui restituere lib. 2. C. de fideicommissis; ita etiam potest donatione causa mortis in vim fideicommissi dari. Quare donatarius ille non erit hæres per hæc donationem, sed hæres erit, qui ab intestato succedat, quæ donatio quartæ Trebellianicæ, perinde ac ex fideicommissis eam quartam deducere. Et ita tradit Alciatus l. licet, nu. 13. de pascis, & ibi Curtius senior repetitione ejusdem legis, n. 12. Martini Vivescibus conf. 71. n. 22. 23. 41. vol. 2.

50 Tandem dubium est, an id privilegium militibus concessum ea l. licet, C. de pascis, ut hereditas propria dato pacto valeat, cuius meminimus nu. 14. habeat etiam locum in pia causa? Negant alicui. Ducuntur, quod id pactum non valeat favore filiorum l. pactum, quod dotali, C. de pascis, ac filiorum favori antefertur favori pie cause, iuxta illud D. Augustini relatum c. final. 16. q. 3. Qui filius exhereditatus Ecclesiam vult instituire, alium quærit consultorem. Secundo, quia l. licet procedit in solo pacto reciproco inter milites, non ergo habet locum favore pie cause, cum non sit pactum reciprocum, sed illi soli succello concedatur pacto. Tertio, quia favor concessus militibus ea l. licet, est in favorem militis pacto relinquens successione ob occupationes in tuenda Republica, & non est in favorem ejus, cui relinquitur; & ita li eo pacto relinquatur hereditas militi non milite, non valet: ergo nec valet pactum, quo a privato relinquatur pie cause hereditas, cum pia causa non sit, quæ relinquitur, sed cui relinquatur. Et ideo hæc partem fundent Baldus lib. 1. n. 47. C. de sacrosanct. Ecclesie, Jafon l. licet, n. 7. C. de pascis, & ibi Alciatus n. 11. Romanus repetit. antebent. similiter, n. 23. C. ad l. Falcidiam, Montersius l. licet, n. 6. & l. pactum, quod dotali, n. 12. verò, & aliam, C. de pascis, & alii, quos refert Trinquellus de privileg. pie cause privileg. 106. n. 2. & alii, quos refert Menochius conf. 92. n. 11. vol. 1.

51 Sed multo verius est, ac frequentissime receptum, favorem hunc militum extendi ad piam causam, atque adeo pactum successions, vel hereditatis propriæ dandæ favore pie cause valeat: Ducor, quod major pie cause favor sit, quam militiæ, ut constat ex aliquibus, quæ congerit Jafon l. licet, n. 6. & 7. C. de pascis. Si ergo is favor conceditur militibus, cur non pie cause? Et confirmatur, quia ideo valet favore militum, quod milites non astringuntur feruere in sua ultimam voluntate declaranda solemnitates iure civili petitas: sed his omnia valeat lib. 1. cum ibi notatis, ff. de testament. & l. militis, C. de testamenti militum. Quam rationem aperte tradit textus eo c. licet, ibi; cum voluntas militum, quæ super ultimo vite spiritu, de quo familiaris vel decreto quoguo modo contemplatione mortis in scripturam adducitur, cum postremo iudicij obtinet. At eadem præteritis ratio militat in dispositione ad piam causam, quippe ad eius valorem non exigitur solemnitas aliqua iure civili inducta, sed sufficit iura juris gentium, & canonici, ut constat ex c. relatum c. 1. de testament. ibi; cum non secundum legis, sed secundum decretorum statuta tractet. Et quamvis textus loquatur de relictis Ecclesie, optime tamen Abbas ibi, nu. 7. ait, idem præteritis intelligendum esse de relictis ad piam quascumque causam propter rationis identitatem: Ecclesia enim propter animam, & contem-

templationem Dei privilegii munitur, idque colligitur ex doctrina Innocentii *o. c. relatum, in fine ubi* textum illum explicat de relictis Ecclesie, vel ad pias causas; idque optime docent Barol. repetit. lib. 1. num. 75. C. de sacrosanct. Eccles. Abbas conf. 11. num. 1. vol. 1. & c. finali, num. 14. de success. Solvuntur argumenta, explicaturque, num. 56. junctio num. 57. in fine.

An donatio omnium bonorum presentium, & futurorum favore causa pie valeat? num. 59.

53 **Q**uestio tertia. An renunciatio hereditatis parentum, & conjunctumque juris, & actionis facta a religioso Societatis JESU in favorem alicujus Collegii ipsius Societatis, vel alterius operis pii, aut consanguinei pauperis, juxta prescriptum constitutionum ejusdem Societatis, quas retulimus cap. preced. valet, quando sit abique consensu eorum, quibus succedendum est? Et quidem cum renunciatio illa possit fieri juxta prescriptum constitutionum, vel in favorem alicujus communitatis pie, ut Xenodochii, Ecclesie, conventus alicujus religiosi, sive Societatis JESU, sive alterius religionis, & possit etiam fieri in favorem alicujus privati pauperis, sive sit consanguineus, sive extraneus, in utroque casu difficultatem habet questio hæc, & majorem in posteriori; & videtur in neutro casu valere. Primo, quia renunciatio hereditatis personæ viventis abique ejus consensu contra decisionem textus l. finali C. de pactis, non valet favore causa pie; ut probavimus num. 40. Secundo, quia nec valet ea renunciatio facta favore Ecclesie, vel universitatis, aut Collegii, ut tradunt Jafon ea l. finali num. 5. Alciatus num. 11. Purpurat. num. 30. & 31. Clavicus Aquevici num. 10. Menchaca de success. creat. lib. 2. §. 18. num. 120. & 222. Berengarius Fernandez in cap. uno, de filiis natis ex matrimonio ad Morganaticam contracta, in prelatio cap. 1. num. 3. & 4. addens, licet pactum iniretur inter duas Ecclesias. Tercio, quia nihil refert, si dicatur non dari votum captandæ mortis ejus, cujus successio renunciatur, quando in favorem alicujus communitatis pie fit, ut Ecclesie, Xenodochii, conventus religiosi; nam non est sola ratio decisionis textus d. l. finali, prohibentis pacta de futura hereditate, quod ex his pactis concurat periculum captandæ mortis ejus, qui succedendum est; sed alia quoque ratio assignatur in fine illius textus his verbis, *enim in alienis rebus contra domini voluntatem aliquid fieri, vel pacifici secta temporum nosstrorum non patitur.* Atque ita num. 20. ex omnium sententia conclusi non valere id pactum inimum a parentibus circa hereditatem filiorum, cum tamen non detur in illis votum captandæ mortis filiorum, quin potius præsumantur filiorum vitam propterea anteferre l. ipsi quidem ff. quod metus causa, & ideo Falus ea l. fin. num. 5. Paulus n. 5. Alexand. n. 2. Jafon num. 5. & 14. Roman. num. 11. Curtius junior num. 10. Corneus num. 4. super glossam verb. aliena. Curtius senior num. 13. Cognol. antiqua editione, num. 109. nova num. 68. Gozalvius num. 2. Berengarius Fernandez cap. 1. proxime allegat. num. 2. & 3. dicunt eam decisionem procedere in parentibus, quia, licet in eis non detur votum captandæ mortis, habet tamen locum ratio prædicta posita in fine illius legis. Et etiam num. 12. probavimus decisionem illius legis habere locum in extraneis, cum tamen in illis non videatur dari votum captandæ mortis, cum nullam spem probabilem succedendum illi, de cujus hereditate agitur, videantur habere. Et ideo Albericus ea l. finali num. 6. Curtius junior num. 2. Cognol. antiqua editione num. 15. & 16. nova num. 8. & 9. dicunt dehere in extraneis votum captandæ mortis; at in eis quoque decisionem illius legis vim habere, quia in eis locum habet ratio posita in fine illius. Et confirmatur, quia Menchaca hoc num. in ratione 2. allegatus factus in Ecclesia, & Universitate non dari votum captandæ mortis, & tamen habere locum decisionem illius legis, quia militat alia illius rationes; & Covarr. cap. quomodo pactum 2. part. tit. num. 2. dicit non esse solam rationem illius legis, quod detur votum captandæ mortis, & addit rubr. de testament. l. 2. part. num. 15. nec hæc esse potissimum rationem, sed quod turpe sit agere de bonis, in quas advenit succedendum est abique ejus consensu; & Crasius de success. §. success. ab intestato quest. nona, num. 2. ait, si triplicem rationem hujus decisionis solere assignari. Prima est, votum captandæ mortis. Secunda, quia auferitur libertas testandi. Tertia, quia hereditas per juri modos, & non per pacta dari debet; & concludit unam ex his causis satis esse inveniri: quamvis enim renunciatio hæc hereditatis facta in favorem Societatis JESU vel alterius communitatis non detur votum captandæ mortis, renunciatio tamen erit nullius momenti, quod militent alie ejus legis rationes. Et amplius confirmatur, quia quamvis deficiat ratio illius legis in uno, vel altero casu, dum tamen in commune perleveret, sufficit, ut dixi num. 37. Quod, quia spes succedendi est jure reprobata, ac nullius considerationis, ut satis probavi num. 9. & ob hæc rationem Bertranzolus conf. 57. num. 10. & 11. lib. 1. docet non posse inordinatum religionem de jure, quod habet ad legitimam paternam in spe, disponere. Quinto, quia hereditas pacto nullo, vel renunciacione non potest, neque donacione causa mortis, sed solo testamento solemnium, ut probavimus num. 44. & 48. Quod si dicatur id cessare favore causa pie, ut probavi num. 51. obstat quia

SUMMARIUM

An renunciatio hereditatis paternæ, & conjunctumque juris, & actionis facta in Societate JESU abique consensu parentum valeat, sive fiat in favorem Societatis, sive communitatis pie, vel privati? proponuntur probantia partem negativam, num. 53.

Explicatur sententia auctoris, & ostenditur, votum rationem l. finali C. de pactis, interdictum renunciacionem hereditatis

viventis, esse, ne detur votum captandæ mortis, num. 54. usque ad 58.

Explicatur non dari id periculum, quando renunciatio fit favore alicujus communitatis, num. 55.

Solvuntur argumenta, explicaturque, num. 56. junctio num. 57. in fine.

An donatio omnium bonorum presentium, & futurorum favore causa pie valeat? num. 59.

53 **Q**uestio tertia. An renunciatio hereditatis parentum, & conjunctumque juris, & actionis facta a religioso Societatis JESU in favorem alicujus Collegii ipsius Societatis, vel alterius operis pii, aut consanguinei pauperis, juxta prescriptum constitutionum ejusdem Societatis, quas retulimus cap. preced. valet, quando sit abique consensu eorum, quibus succedendum est? Et quidem cum renunciatio illa possit fieri juxta prescriptum constitutionum, vel in favorem alicujus communitatis pie, ut Xenodochii, Ecclesie, conventus alicujus religiosi, sive Societatis JESU, sive alterius religionis, & possit etiam fieri in favorem alicujus privati pauperis, sive sit consanguineus, sive extraneus, in utroque casu difficultatem habet questio hæc, & majorem in posteriori; & videtur in neutro casu valere. Primo, quia renunciatio hereditatis personæ viventis abique ejus consensu contra decisionem textus l. finali C. de pactis, non valet favore causa pie; ut probavimus num. 40. Secundo, quia nec valet ea renunciatio facta favore Ecclesie, vel universitatis, aut Collegii, ut tradunt Jafon ea l. finali num. 5. Alciatus num. 11. Purpurat. num. 30. & 31. Clavicus Aquevici num. 10. Menchaca de success. creat. lib. 2. §. 18. num. 120. & 222. Berengarius Fernandez in cap. uno, de filiis natis ex matrimonio ad Morganaticam contracta, in prelatio cap. 1. num. 3. & 4. addens, licet pactum iniretur inter duas Ecclesias. Tercio, quia nihil refert, si dicatur non dari votum captandæ mortis ejus, cujus successio renunciatur, quando in favorem alicujus communitatis pie fit, ut Ecclesie, Xenodochii, conventus religiosi; nam non est sola ratio decisionis textus d. l. finali, prohibentis pacta de futura hereditate, quod ex his pactis concurat periculum captandæ mortis ejus, qui succedendum est; sed alia quoque ratio assignatur in fine illius textus his verbis, *enim in alienis rebus contra domini voluntatem aliquid fieri, vel pacifici secta temporum nosstrorum non patitur.* Atque ita num. 20. ex omnium sententia conclusi non valere id pactum inimum a parentibus circa hereditatem filiorum, cum tamen non detur in illis votum captandæ mortis filiorum, quin potius præsumantur filiorum vitam propterea anteferre l. ipsi quidem ff. quod metus causa, & ideo Falus ea l. fin. num. 5. Paulus n. 5. Alexand. n. 2. Jafon num. 5. & 14. Roman. num. 11. Curtius junior num. 10. Corneus num. 4. super glossam verb. aliena. Curtius senior num. 13. Cognol. antiqua editione, num. 109. nova num. 68. Gozalvius num. 2. Berengarius Fernandez cap. 1. proxime allegat. num. 2. & 3. dicunt eam decisionem procedere in parentibus, quia, licet in eis non detur votum captandæ mortis, habet tamen locum ratio prædicta posita in fine illius legis. Et etiam num. 12. probavimus decisionem illius legis habere locum in extraneis, cum tamen in illis non videatur dari votum captandæ mortis, cum nullam spem probabilem succedendum illi, de cujus hereditate agitur, videantur habere. Et ideo Albericus ea l. finali num. 6. Curtius junior num. 2. Cognol. antiqua editione num. 15. & 16. nova num. 8. & 9. dicunt dehere in extraneis votum captandæ mortis; at in eis quoque decisionem illius legis vim habere, quia in eis locum habet ratio posita in fine illius. Et confirmatur, quia Menchaca hoc num. in ratione 2. allegatus factus in Ecclesia, & Universitate non dari votum captandæ mortis, & tamen habere locum decisionem illius legis, quia militat alia illius rationes; & Covarr. cap. quomodo pactum 2. part. tit. num. 2. dicit non esse solam rationem illius legis, quod detur votum captandæ mortis, & addit rubr. de testament. l. 2. part. num. 15. nec hæc esse potissimum rationem, sed quod turpe sit agere de bonis, in quas advenit succedendum est abique ejus consensu; & Crasius de success. §. success. ab intestato quest. nona, num. 2. ait, si triplicem rationem hujus decisionis solere assignari. Prima est, votum captandæ mortis. Secunda, quia auferitur libertas testandi. Tertia, quia hereditas per juri modos, & non per pacta dari debet; & concludit unam ex his causis satis esse inveniri: quamvis enim renunciatio hæc hereditatis facta in favorem Societatis JESU vel alterius communitatis non detur votum captandæ mortis, renunciatio tamen erit nullius momenti, quod militent alie ejus legis rationes. Et amplius confirmatur, quia quamvis deficiat ratio illius legis in uno, vel altero casu, dum tamen in commune perleveret, sufficit, ut dixi num. 37. Quod, quia spes succedendi est jure reprobata, ac nullius considerationis, ut satis probavi num. 9. & ob hæc rationem Bertranzolus conf. 57. num. 10. & 11. lib. 1. docet non posse inordinatum religionem de jure, quod habet ad legitimam paternam in spe, disponere. Quinto, quia hereditas pacto nullo, vel renunciacione non potest, neque donacione causa mortis, sed solo testamento solemnium, ut probavimus num. 44. & 48. Quod si dicatur id cessare favore causa pie, ut probavi num. 51. obstat quia

quia ibi dixi valere tantquam ultimam voluntatem revocabilem; atque ita non habet locum constitutio Societatis JESU, cum juxta illam hæc renunciatio taliter fieri debeat, ut revocari non possit. Tandem, quia hæc renunciatio continet donationem omnium bonorum presentium, & futurorum, quam jure communi, & jure juris regni, etiam si solum bonorum presentium sit, in totum irritam esse diximus n. 42. Nec valet, si dicatur cum donationem favore Ecclesie, & causa pie valere: nam contrarium docent Alciatus conf. 179. n. 5. Roman. repetit. antea, similiter n. 19. C. ad l. Falsidiam ff. l. stipulatio hoc modo concepta n. 41. ff. de verb. obligat. & ibi Alexand. n. 20. Socius junior, quamvis dubius; & cogitandum relinquat ibi n. 86. Purpurat. l. finali n. 232. C. de pactis ff. ibi Bologn. n. 128. in fin. Barbarius cap. in presentia n. 24. ad finem, & ibi Mantuan. n. 10. de probat. Antonius de Petra de falsis commissis q. 4. post n. 8. in casu 2. ampliat. ultim. ff. in casu 13. Menchaca de success. progressu lib. 1. §. 1. n. 182. & alii, quos refert Tiracquel. de privileg. pia causa privileg. 100. nu. 2. Et dicit esse dubitabile, quod valet; Curtius junior l. fin. nu. 61. C. de pactis.

54 His non obstantibus existimo validam esse prædictam renunciacionem hereditatis futuræ parentum, vel quorumcumque aliorum presentium, abique eorum consensu, sive factam in favorem Societatis JESU, sive conjunctumque pauperis, juxta ejus constitutiones, ut explicimus cap. preced. n. 31. Hujus sententia veritas pendet ex probatione quadruplicis fundamenti. Primum est: tota ratio, cur l. finali C. de pactis, interdixit pactum futuræ hereditatis abique consensu ejus, qui succedebat, esse, ne detur votum captandæ mortis; atque hæc cessante cessat obligatio illius legis. Secundum est, in renunciacione hæc facta juxta constitutiones Societatis non datur votum captandæ mortis, Tertium, est ea non esset sola ratio ejus decisionis, adhuc alia, quæ assignatur a Doctores, non habet locum in hac renunciacione. Ultimum est, alius quoque rationibus hæc renunciatio suffulcret necessario juxta constitutiones Societatis JESU. Probatur ergo primum fundamentum. Nam optime Decius ea l. finali num. 15. & Bologn. ibi num. 11. in fin. ff. num. 21. 23. 42. 69. 159. C. de pactis, tradunt totam ejus prohibitionis rationem esse, ne detur votum captandæ mortis, & hæc cessante cessare quoque prohibitionem: & num. sequenti in fin. referemus alios auctores, ex quorum doctrina hoc idem colligitur, & constat. Nam, quando est pactum hereditatis hominis incerti, valet, ut satis probavimus nu. 31. quod tunc non detur votum captandæ mortis, cum tamen militent alie rationes, quæ solent trahi. Quippe disponitur de re aliena abique domini consensu, & de spe succedendi, & præmatura est ea dispositio, & turpe videtur, uti præmature disponere, & datur hereditas illa pacto, & tollitur facultas testandi de illa. Secundo probatur destruendo rationes, quæ solent trahi, quippe, ut vidimus num. preced. solent trahi hæc rationes. Prima, quia iniqua, & præmatura cupiditas fit contrarie de re aliena abique domini consensu, quæ ratio ponitur ea l. fin. in fine. Secunda, quod auferatur testandi facultas. Tertia, quia hereditas nequeat pacto dari, sed juri modis. Nam, (ut optime ait Bolognetus locis proximè allegatis) quamquam variæ assignentur rationes, omnes illæ reducuntur ad unam, & sunt velut illius effectus, quæ est, dari votum captandæ mortis, & hæc cessante non habere vim, ut constat, quando est pactum de hereditate hominis incerti, in prima ratione ponderavimus. Et prima ratio, nempe, iustitiam esse disponere de re aliena domino ignorante, quæ traditur in fine illius l. finali, aperte non ponitur quasi directè a priori, & potissima tradita per totam illam textum, quæ est periculum captandæ mortis; sed debet suppleri, id esse iniquum, & præmaturum concurrente eo periculo, ut optime tradit ibi Decius num. 15. & Bolognetus num. 42. & 69. Nam contractus de re aliena abique domini consensu, cessante hoc periculo, validus est, jureque approbatus §. non solum in fin. de legatis §. non solum in fin. de inutili stipulatione l. rem alienam ff. de contrah. empt. quod idem aperte tradunt Barol. ea l. finali in 1. l. l. num. 1. vers. ubi dicitur & ibi Baldus num. 9. in fine, Corneus num. 3. in inir. Monterosus, ubi opposites hos textus illi rationes, respondent turpe esse, ac irritum pacifici de re aliena abique domini consensu sub spe succedendi, eo quod detur votum captandæ mortis. Item, quia paria sint aliquid fieri tempore habili, & fieri tempore inhabili, dummodo effectus constet in tempore habili, hæc hereditas pacti referatur in tempus, quo hereditas erit propria pacificis, non potest ex hoc capite id pactum turpe reddi, licet juxta receptissimum sententiam non obstante rigidissima prohibitione inveniendi spuri, nil turpe ex instituto continet, sed validam est facta sub conditione, si ille a Principe legitimum, eo quod refertur in tempus habile, quamobrem hæc turpitudine aliunde petenda est, nimirum, quod in hujusmodi pacto concurrat periculum captandæ mortis, quod totus ille textus præmiserat, & ponderaverat. Et ideo eam regulam, ut idem fit fieri tempore habili, ac fieri tempore inhabili, collatum tamen ad tempus habile, docet Cognol. ea l. finali, in un.

tigua editio, num. 10. in nova, num. 5. Decius ibi num. 7. Jafon num. 8. Purpur. num. 10. Bologn. num. 61. Monterosus num. 2. temperandum tamen esse, nisi aliunde jus ei pacto ab initio resistat ob turpitudinem aliunde in eo reperitam, ut contingit in hoc casu ob votum captandæ mortis. Deum, quia non est modicum iudicium illud, quod l. reg. nu. 5. par. 1. concordans cum prædicta l. finali, ostendit eam rationem ultimam, & solam assignari, ne detur votum captandæ mortis, quæ sententia ex utraque unam confici rationem. Quod autem auferri testandi potestatem non sit ratio ejus decisionis, optime docent Bertranzolus in presentia num. 89. de probat. Bologn. ea l. finali, num. 11. quia non minus tollitur ea testatis celebrato hujusmodi pacto cum consensu ejus, qui succedendum est, & tamen valet pactum, cum tamen nullo modo valerent ea potestate sublata. Item, quia cum soli illius hereditati renunciatur, non auferatur potestas de aliis bonis testandi. Insuper, quia in ea l. non minus prohibetur renunciatio partis hereditatis, quam totius, ut probavimus n. 3. & tamen de parte non tollitur potestas testandi, cum renunciatio possit de alia parte, quando sibi obveniret, testari: non ergo hæc est ratio illius decisionis. Tandem nec potest esse ratio illius, quod pacto nequeat hereditas dari, ut bene docet Menchaca. de success. creat. §. 18. nu. 192. tum quia hæc renunciacione non verè datur hereditas, sed jus succedendi, seu spes illa transferuntur: tum etiam, quia nec consensu domini potest hereditas pacto dari, obstat l. hereditas C. de pactis conventis: nam nec ipse dominus potest sic dare, sed solemnium testamento, ut probavimus n. 44. & 48. & tamen eo contentione valet hæc renunciatio. Ergo non est illa ratio hujus prohibitionis.

55 Probatur autem secundum fundamentum, nempe, in renunciacione facta juxta constitutiones Societatis JESU non dari votum captandæ mortis. Et quidem, si renunciatio fiat in favorem ejusdem Societatis, vel alicujus communitatis, manifestum est non dari votum captandæ mortis ex cap. constitutionibus, de donat. ubi decernitur præbendam viventis non potest conferri alicui privato, at potest alicui collegio. Cujus rationem tradunt ibi Hostiensis num. 2. & Joannes Andre. num. 2. Antonius num. 3. Alciatus num. 3. Cardinalis num. 2. Anic. quest. 2. Anchar. num. 3. Henricus num. 2. Imola num. ultimo. Ananias in fine. Archid. num. 16. quest. 7. de hoc summa Glossa c. cum videret verb. renebat & ibi Abbas num. 10. de resp. spolia, quod in privato detur votum captandæ mortis beneficiarii, ut in ejus beneficium succedat, quod tamen cessat in collegio, quia cum communitas aima careat, nequit mortem captare, nec præsumi potest fore, ut singuli illius communitatis caperet: quia quod communitati datur, nemini datur, nec est singularum, ut constat ex cap. Episcopus §. ubi manumittitur 12. quest. 2. ubi dicitur, manumissum a collegio, non singulis, sed universitati reverentiam debere, ac potest esse abique venia singulis in iudicium deferre, non autem totam communitatem. Item quia (ut dicitur lib. 2. c. quando, ff. quibus, lib. 2. c. de testat. archid. 2. Politicorum, cap. 2. in princ. non ita curatur bonum communitatis, sicut proprium). Atque ita, cum nullus testis in propria causa testimonium valeat, ut probat, cap. 13. num. 102. valere testimonium religiosi in rebus ad fnum monasterium pertinentibus ea ratione tradita, quod res communitatis non censetur singularum propria, nec dari hoc votum captandæ mortis in Ecclesia, fatetur Parisius cap. in presentia num. 26. ad finem, de probationibus. Menchaca de success. creatioe lib. 2. §. 18. num. 220. quod idem generaliter non timet, ubi fit pactum cum pia causa, docet Guillelmus Benedic. c. Raynulfus, verb. duas habens filias, num. 207. ff. ff. & 208. Atque in quæcumque communitate id periculum non timetur, quia in quæcumque communitate est, quando pactum initur cum Ecclesia, ut optime consideravit Bald. c. cum videret, num. 2. de testat. spolia, cum in ministerio Christi nulla mala, nec finis, si spolio cadat, ut tradit Arterius Papa in epistola ad Episcopos Hispanie, & refertur c. adst. 11. quest. 3. & ubi Glossa vers. finitimum. Atque ea presumpcio multo minus habet locum in religiis, ut aperte colligitur ex cap. 2. vers. super eo, de novi operis renunciacione, ubi quod non cessent, ait inde deduci argumentum pro monachis, ut semper præsumantur iustum tueri litem, nec appetere aliena, cum propria reliquerint, nedum præsumendum fore, ut alicuius mortem capere, quod succedat monasterium. Et confirmatur ex doctrina Zafsi, quem refert & sequitur Menoch. consilio 1. num. 154. ff. 155. volum. 1. ubi ait, pactum reprobatum l. pactum quod dotal. C. de pactis, eo quod in illis magnates, ut duces, comites, marchiones, eo quod in illis nihil finitimum excogitandum sit, ac subinde nullus captandæ mortis timor subit. Ergo a fortiori id dicendum est, quod quoties cum communitate religiosa id pactum initur, siquidem jure optimo minor affectio ad temporalia præsumitur in religiis, tum quod ea bona singulis obvenire non debeant, tum etiam, quia propter Christum se, & sua reliquerunt paupertatis perpetuo voto astricti. Atque ita valere hujusmodi pactum, seu renunciacionem futuræ hereditatis in favorem conventus religiosi, eo quod cesset presumpcio captandi mortem, tradit Corneus l. fin. n. 3. fal.

fallentia 3. G. de pactis & referre Baldam idem sententiam addit ad Archidiaconum 26. qu. 7. in fine sum. quas additiones nullibi potui invenire. Sed idem Baldus cum venisset nu. 3. de restitutione spolia ait, supposito veram esse rationem illius textus, quod possit dari beneficium viventis collegio, eo quod in ipso non detur votum captandæ mortis, posse pactum iniri cum illo de futura successione, & fortiori ratione cum Ecclesia, in qua minor hujus suspicio est. At suppositum illud, nempe, esse veram rationem, quod non detur votum captandæ mortis, satis probavimus initio hujus numeri, ubi pondero Baldum sensisse totam rationem prohibitionis pacti futuræ hereditatis esse, ne detur votum captandæ mortis, & ea cessante cessare quoque prohibitionem; Ad idem est *Baldus*, ca. l. fin. n. 3. *verbo*, 2. *ratione*, ubi ait, forte non male dictum qui adhereret posse iniri pactum de hereditate viventis, ubi non indiceretur votum captandæ mortis. Ad idem est *Parvus* c. in presentia, n. 26. ad finem, de prohibitionibus, qui cum *Alex.* consilio 29. nu. 8. & 9. vol. 3. multa adducendo ad hoc comprobandum, ait, si in aliquo actu faciendo debet adesse certa forma, illam non requiri, quando fit actus cum persona, in qua cessat suspicio, quæ illius formæ inducenda causa fuit: atque inde deducit hoc non considerari in donatione facta Ecclesie, utpote in qua cessat suspicio captandæ mortis. Et tandem *Laderchius* consilio 133. n. 6. & 7. probat ingredientem religionem posse renunciare omnibus bonis, etiam exprimens hereditates futuras, in favorem cuiuscumque.

56 Major autem difficultas est, quomodo votum captandæ mortis non detur, quando prædicta renunciatio hereditatis fit in Societate JESU, in favorem aliquis privati pauperis, sive consanguinei, sive extranei, prout fieri potest iuxta constitutiones Societatis *cap. prædict.* num. 21. Sed id quidem probat ratio prima, quam num. 58. afferemus; præterea, quia eodem num. 58. probavimus alii rationibus sufficere quidem in Societate JESU eam renunciationem futuræ hereditatis, sive in favorem ejusdem Societatis, seu alius communitatis, sive in favorem privati pauperis.

57 Insuper probatur tertium fundamentum, nempe alias rationes, quæ traduntur a Doctoribus, ut non valeat renunciatio futuræ hereditatis abique domini consensu non oblatore valori hujus renunciationis factæ in Societate JESU juxta ejus constitutiones. Nam primo non oblat ratio, quæ traditur præmataram, & turpem esse hereditatis cupiditate confutere; quia hinc, ob quem in Societate JESU ea renunciatio fit, facit cessare hujus turpitudinis, & anxie cupiditatis suspitionem; & satis, superque renunciationem hanc honestat, cum in eisdem constitutionibus in examine, *cap. 4. §. 2. & 3. part. cap. 1. §. 7.* ea hujus renunciationis redditur ratio; ut renunciatus amplectantur consilium Christi consentiens omnia pauperibus dari a profitentibus vitam perfectam, ut & maneat perfectus, & integrè pauperes, prout perfectio status religioni petit. Secundo non oblat ratio alia, quæ ejus decisionis traditur, nempe impediri libertatem testandi, quia quamvis ea ratio vera esset, potest tunc ea potestatis impediri favore pie causæ, ubi eam enim rationem suffulcrat donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum favore pie causæ, est inde impediatur testandi potestas, ut dicemus num. 59. At renunciatio in Societate JESU fit semper favore pie causæ, ut dixi num. 2. & validam esse donationem omnium bonorum præsentium, & futurorum factam ab ingrediente religionem, tenet *Laderchius* consilio 473. num. 6. lib. 1. & dicit, suspendendo effectum donationis in tempore professionis, quando amplius alterari nequit, quia tunc cessat ratio; quare clarè non dicit contrarium, quando ut ex tunc fit irrevocabilis. Neque oblat etiam tertia ratio, quæ solet tradi, nempe, hereditatem pacto non dari, quia esto hæc esset vera ratio; fallit favore pie causæ, ut probavimus num. 55. At in Societate fit favore causæ pie. Quod si dicas id pactum favore pie causæ iniri esse revocabile, ut dixi eodem num. 55. at ea renunciatio in Societate est irrevocabilis, ut probavi num. 3. & continet totam hereditatem, & probavi num. 2. atque ita videtur esse contra l. hereditas, C. de pactis conventis, nec favore causæ pie juvari posse. Respondetur, etiam ex vi hujus favore causæ pie ea renunciatio revocabilis maneat ad nutum renunciantis, at aliunde irrevocabilis est, nempe ex vi constitutionis a Sede Apostolica approbatæ, ut dixi num. 3. Præterea, cum renunciatio illa fiat a religioso Societatis JESU, & sic exempto a jurisdictione seculari, non metienda est iuxta legis civilis præscriptum, sed iuxta jus canonicum, ut de testamento novitii diximus supra, quod nullibi hereditatem pacto non dari posse præscribit; nec jus civile potest aliquid præscribere in præjudicium hujus renunciationis, ut num. 55. probavimus, eo vel maxime quod constitutiones Societatis JESU præscribentes huiusmodi renunciationem irrevocabilem, approbatæ sint a Sede Apostolica, & sint circa religiosos ab omni jurisdictione seculari exemptos, ac immediate Sedi Apostolicæ subiectos. Et tandem inelus responderetur, eam renunciationem non esse dare hereditatem, cum is, in cuius favorem renunciatur, non verè instituitur hæres; in eum enim non transferuntur bona postea acquirenda: si enim postea legatur aliquid religioso Societatis JESU, non acquire-

ret is, in quem renunciavit; nec tenetur facere inventarium tamquam hæres, nec eo omisso tenetur ad debita renunciationis ultra bonorum vires, ac proinde hoc non est pacto dari hereditatem.

58 Tandem superest probare ultimum fundamentum, nempe alii quoque rationibus sufficere renunciationem hanc in Societate JESU, nec in ea contraveniri dispositioni legis civilis. Primo, quia, ut probavi num. 41. & 43. quando hereditas viventis non venit principiter, sed accessorie, & sub universitate bonorum, atque in quodam consequentiam necessariam præcedentis contractus liciti, valet; nec est contra d. l. fin. nec præsumitur votum captandæ mortis, nec anxietas præmataram, & turpis hereditatis perlocutio viventis: at in Societate JESU, dum renunciatur omnibus bonis, iuribus, & actionibus principaliter agitur de omnium bonorum abdicatione, quo religiosus maneat perfectè pauper abique spe ulla acquirendi, sub qua ut pars quædam comprehenditur jus ad hereditatem futuram, & venit, ut sequela necessaria ad ingressum religionis obligantis ad istam renunciationem omnium iurium, & hereditatum, ut dictum est, eo quod his iuribus retentis non detur perfectè pauperitas, quales postunt constitutiones. Ergo ea renunciatio non est contra jus civile, sed eo atrepto sustinenda est. Secundo, quia, non oblatte lege civili disponente pactum abique domini consensu irritum esse, potest ex licentia Principis iuxta causa ducti id pactum licitè, & validè iniri, ut probavimus num. 58. at Pontificis approbant constitutiones Societatis JESU præcipientes huiusmodi renunciationem, sive in favorem communitatis pie, sive privati pauperis, & ducti iustissima causa, nempe, ut religiosus maneret perfectè pauper, abdicata omni bonorum spe, & cum licet circa personam religiosam, non est civilis juris disponente causa illam, sed ecclesiastici. Ergo valet talis renunciatio non oblatte lege civili. Sed dices constitutiones non præscribere, ut ea renunciatio fiat abique consensu eorum, quibus succedendum est; atque ita, cum servari possit constitutio eo consensu petito, non adverbatur illi, nec Pontificis approbationi, petere consensum, quare is necessario petendus erit, juxta præscriptum legis civilis. Respondetur, immo adverbatur constitutioni, quia constitutio petit tamquam quod necessarium; ut renunciatio illa fiat in favorem pauperum, ut dixi jam, & ut fiat irrevocabiler: at si exigeretur consensu eorum, quibus succedendum est, læpissime prius obtineri non posset, quia nolent in pauperes, sed in favorem ipsorum, aut aliorum filiorum renunciationem fieri, quantumvis divites sint, aut saltem ex eorum voluntate penderet obviantia constitutions; & nunquam posterius obtineretur, quia cum is consensu revocabilis sit usque ad mortem, & valor renunciationis ex eius perseverantia pendeat, ut dixi num. 14. maneret causa renunciatio eo consensu revocato, ac proinde nunquam esset irrevocabilis. Insuper, quia ratio prima hic adducta probat eam renunciationem non indigere ad sui firmitatem consensu eorum, quibus succedendum est, sed iterum obijciat manere quidem irrevocabilem ex parte renunciantis, non ex vi legis civilis, sed ex vi constitutionis auctoritatis facultatem revocandi; at revocato consensu maneret causa, & revocata ex vi legis civilis, ac proinde succedent hæres, qui successuri essent ea renunciatione non facta, quia constitutio Societatis JESU tantum petit id, quod ad perfectam renunciationis religiosi pauperem defideratur; qui nisi satisfis, si ex parte ipsius maneat firma, & irrevocabilis renunciatio illa, nec voluit prospicere pauperibus, in quorum favorem renunciatio facta est. Sed responderetur constitutionem a Sede Apostolica approbatam utriusque professile: nam non tantum petit, ut religiosus abdicet a se spem bonorum, sed ut ea cedant in pauperem utius juxta consilium evangelicum; quod quidem obtineri non posset, si revocabilis esset ex parte hæredum hæc facta in pauperes renunciatio. Tertio, quia in duobus opinionibus ea præteritanda est, quæ loco pio, & religione favor, ut alius citatus, & nomine contradicente tradit *Tiraquel.* de privilegiis pie causæ, privilegio 148. num. unico, & conlat ex l. sunt persona, ff. de religiosis, & sum. prius sumerum. Tandem hoc amplius constat ex solutione argumentorum num. sequenti tradenda, & ut retuli num. 59. in fine, *Laderchius* probat hæc renunciationem valere in favorem cuiuscumque.

59 Ad argumenta posita num. 53. responderetur. Ad primum dico, non defendi valorem ejus renunciationis favore causæ pie, sed quod cesset ratio prohibitionis, & ob alias rationes, quas tradidi num. 54. & sequentibus.

60 Ad secundum responderetur, negandum esse eam doctrinam, ut satis probatum est. Ad tertium, negandum est esse aliam rationem illius prohibitionis præter votum captandæ mortis; nec illo seculo turpe est de re aliena abique domini consensu contrahere, ut satis probatum est num. 54. Nec legitima ratio, cur hereditatis filiorum renunciatum non valeat in parentibus, nec cur non valeat in extraneis, est, quam tradunt Doctores in eo argumento citati, sed in utriusque est petendum voti captandæ mortem. Et quidem in parentibus id pactum ineffectum est præcepto ejusmodi voti, ut optime tradunt *Alciatus* ca. l. fin. num. 17. C. de pactis, & *ibi Purpurat.* nu. 23. *Bolognet.* nu. 71. Nam quamvis secun-

CAPUT III.

De facultate novitii, aut volentis ingredi religionem, ad disponendum per testamentum de suis bonis, & de firmitate ejus testamenti sequuta professione, & quis ei ab insectato morienti succedat; & hæc attentio jure antiquiori ante Tridentinum.

SUMMARIUM.

Quot questiones sint disputanda, & ibi remissio, an aliquid sit immutatum per Tridentinum? n. 2.
An novitii integrum sit restari abique superioris licentia? restatur quædam sententia, n. 2.
Sententia auctoritatis, n. 3.
An id sit verum de novitiis ordinis Minorum, & tenentur hinc sua in pauperes distribuere? n. 4.
Quid de novitiis Societatis JESU? n. 5.
An si hi restamentum fecerunt ante ingressum, tenentur jubentæ superiori illud revocare? n. 6.
An tenentur novitii testari relinquere legitimam ascendentibus, & descendentibus, & ibi remissio, an possit restari de usufructu adventitiorum? n. 7.
An tenentur aliquid relinquere monasterio? n. 8.
An novitii hic possit restari de spe, quam habet succedendi parentibus suis? & postea non succedat? n. 9.
An possit novitius majoratum institui sine testamento, sive contractu revocabili? n. 10.
An ante professionem acquirantur bona monasterio, revocabiler tamen? n. 11.
An novitius in religione capaci succedendi possit testari de usufructu, vel anno legat, sibi relicti? n. 12.
An legatum factum a novitio, revocetur eo ipso quod religio egredietur, vel tempore novitiiis mortis? n. 13.
Quid de institutione hereditatis? n. 14.
An religiosus interdictum sit inducere novitios ad relinquendum aliquid monasterio? n. 15.

Superioribus capitibus actum est de facultate novitiorum, aut volentium ingredi religionem, ad disponendum inter vivos, attentio jure antiquiori ante Tridentinum. In hoc agendum est de facultate disponendi in ultima voluntate, attentio eodem jure antiquo: nam utrum aliquid sit immutatum per Tridentinum, dicemus infra. Est igitur disputanda quintuplex questio. Prima est de potestate testandi, quam habent novitii, vel volentes ingredi religionem. Secunda de solemnitatibus petitis in eo testamento. Tertia. An id testamentum revocetur professione? Quarta. A quo tempore incipiat id testamentum vim habere, an a tempore professionis, an solum à die mortis naturalis? Ultima. Si novitius obeat nullo testamento, aut renunciatione factis, quis in ejus bona succedat?

2 Questio prima. An novitius integrum sit de suis bonis testari, nulla ad id petita superioris licentia? *Archidiaconus* autem num. univ. ad finem 19. qu. 3. & *Suarez* alleg. 20. num. 20. affirmant, adeo requiri superioris licentiam ut testamentum novitii abique illa consensum sit futurum irritum, si postea professionem emittat, perinde ac si tempore testamenti facti professus fuisset. Et potest probari ex cap. quia ingredientibus 19. q. 3. & *austien.* ingressi C. de sacrosan. Eccl. ubi deciditur, ingredientibus monasterium nullam esse testandi facultatem.

3 Sed abique dubio dicendum est, integrum esse novitio testari abique ulla superioris licentia, ut constat ex *aust.* nunc autem C. de Episcop. & clericis, & cap. si quis mulier 19. q. 3. Item, quia novitius simpliciter est adhuc sui juris cum libera excedere potestatem, nullibique reperitur ipsi interdum conficere testamentum: nam textus nu. præd. adducti intelliguntur de ingressu irrevocabili, & cum affectu, non autem de revocabili, qualis est tempore novitii, & constat ratione ibi adducta, quæ est, quod sic, & sua dedicavit, nihilque proprium habeat, quod in novitiis locum non habet. Et ita sentiunt universi Doctores, qui passim absolute dicunt novitios posse testari, si enim aliquis licentia exigeretur, minus verum esset dicere posse illos testari. Sed in propriis terminis docent nullam exigi licentiam, *Navar.* comment. 2. de regularibus, num. 49. *Covar.* cap. 2. num. 5. in fin. per testamentum. *Crassus* de success. ab intestato, §. testamentum q. 34. num. 5. *Cuvier.* questionibus canonicis, lib. 2. c. 1. num. 25. Va des alios referens in additionibus ad *Sua.* rec. allegat. 20. littera M. *Tapia* d. auctor. ingressi, verb. *Sua.* c. 2. nu. 24. in fine, & verb. *ideoque* nec de his, c. 1. nu. 15. *Molina* tom. 1. de iustitia disp. 139. column. 5. verb. *hic* ita constituit, *Azor.* tom. 1. institutionum moralium, lib. 12. c. 2. in fine, & c. 6. nu. 5.

4 Quod quidem verum est, & si novitius ille sit ordinis Minorum, quia in illo quoque militat rationes propositæ, & ita docent *Francus rubrica* de testam. in 6. nu. 67. *Navar.* num. præcedent. allegatus. Nec obstat quod docet *Conradus* super regul. Minorum cap. 2. quest. 8. puncto 2. dicens novitios ordinis